

SACRA ROMANA ROTA

Coram R. P. D. SALVATORE CANALS, *Ponente*

CURITYBEN

NULLITATIS MATRIMONII

SENTENTIA DEFINITIVA

SPECIES FACTI

H, annorum 22, et W, decimum septimum annum aetatis attingens, die 12 augusti 1953, matrimonium contraxerunt. Ante nuptias, invitis parentibus W, ambo iuvenes amore et assidua frequentatione, desiderium prosequerentur matrimonii. Nulla concepta prole, infelicissimum exitum habuit matrimonium. W, mense augusti 1958, praetendens se raptam fuisse a futuro sponso, libellum exhibuit Trib. Curibyteni petens nullitatem matrimonii ob raptum impedimentum. Favorabilis sententia, die 24 iunii 1959, a Trib. Curityben. lata est, contra quam ad N. S. T. rite appellavit Vinculi Defensor. Die 30 novembris 1960 suetum concordatum est dubium, cui Nobis hodie respondendum est: An constet de nullitate matrimonii, in casu.

IN JURE

Fere omnes auctores antecodiciales ad impedimentum ex raptu tres condiciones requirunt: "1.—Ut mulier abducta fuerit; 2.—Ut invita; 3.—Ut matrimonii cum raptore contrahendi causa" (J. D'Annibale, *Summula Theologiae Moralis*, III, 1892, p. 351). Non aliter, quoad substantiam, salva nova Codicis statuitione quoad *detentionem seu sequestrationem*, apud Wernz-Vidal (*Ius Can.*, V, 1928, pp. 369 et ss.) et apud P. Gasparri (*Tract. De Matr.*, I, 1932, pp. 382 et ss.); et cfr. F. Cappello (*De Sacr.*, V, 1947, pp. 440 et ss.) praesertim quoad violentiam requisitam. Sufficiat pressius dicere, ad causam decidendam, raptum sine violentia seu non invita muliere, ne concipi quidem posse.

IN FACTO

1. Admittimus ultro H. et W., in aliqua domo in vico R, paucis diebus ante matrimonium pernoctasse ac inde, sequenti die, paternam H. domum

ambos adiisse. Factum etenim probatum habemus. Cum autem partium adfirmationes et testium depositiones, praeter factum, elementa diversa prodant inter se discrepantia, volumus, inde ab initio, ex iisdem quaedam referre ad causam explanandam.

Adfirmat actrix: "mi portò... in una casa sita nella R... ..mi portò più tardi in casa dei suoi genitori, nell'Avenida J"; vir conventus dicit; "...andamo in cerca di un luogo ove passare la notte... casa di un amico che abitava in R., ed era partito e mi aveva lasciata la chiave e noi ne approfittammo per passare la notte"; testis Clodius deposuit: "Quello che io seppi è che egli la prese *dalla casa di lei* (adnotetur gravissima discrepantia) e la portò in casa del proprio zio (conventus dixit "amico") nella R"; testis Victor ait: "Ignoro dove andarono il giorno della fuga. So che il giorno seguente andarono tutti e due nella casa di residenza del padre di H". Mirum est quod testis ex parte conventi et "accademico di diritto", qui rogatus fuit a viro ut cum patre suo communicaret "quello che era accaduto nella notte precedente", locum ignoret in quo futuri sponsi pernoctaverant. Utcumque testis dixit: "H. il giorno successivo alla fuga... mi riferì che la notte precedente *era fuggito* con W, e mi chiese consiglio sul modo si doveva contenere"; Earle, actricis testis, dixit quod H. "la forzò ad entrare in un terreno sgombro"; actricis pater, sequenti frasi: "Sì. Tutto è verità", omnia a iudice proposita in quaesito adfirmavit; mater actricis dixit: "Egli (H.) la trovò nel luogo, dove faceva ginnastica. Con certezza, egli la invitò e la portò con sè. Andò con gli stessi vestiti di ginnastica"; Dominicus testis ad actrice, deposuit: "... la portò via dall'Educazione fisica e la portò via con la forza" et: "La notte la lasciò *nell'Hotel*, chiusa a chiave, lo disse egli stesso. La portò in casa dei genitori, il giorno seguente, in vestito da scuola"

Istae sunt probationes circa factum quod consideramus. Relevanda plura inter se discrepantia, praesertim quoad locum a quo incipit factum (seu "domus actricis"; "casa di educazione fisica"; "terreno sgombro"; et alii locum ignorant) et quoad locum ubi futuri sponsi pernoctaverant ("casa dello zio"; "casa di un amico"; "hotel"; alii ignorant).

Quidquid sit, nunc praetermissis relatis contradictionibus, suo loco considerandis, ut diximus materiale factum admittimus seu H. et W. simul in certo loco pernoctasse ac sequenti die eosdem paternam domum H adiisse.

2. At factum istud raptus dici potest? seu probatur factum debitis elementis vestitum quae ad raptum essentialiter pertinent?

Omissis notis pluribus quae propriae sunt raptus, praecipuum (inter cetera essentialia) elementum raptus considerantes —etenim causa ut in Summario exhibetur multa non meretur verba— statim assumimus non agi de raptu, quia probatum non est quod mulier invita fuerit; immo plura sunt elementa et circumstantiae et facta, ex quibus eruitur mulierem vel *in fugam* consensisse; vel, si fingi possit *circumventio* mulieris, dicendum eandem in matrimonium consensisse. Uno verbo: W. *invita* non fuit.

Etenim, ad raptum requiritur essentialiter ut mulier "sit invita tum quoad abductionem... tum quoad matrimonium quando scil. dolo aut blanditiis circumventa, in abductionem vel detentionem quidem consentit, sed ita ut nesciat vel nolit matrimonii invidi causa se abduci vel retineri" (Cappello, op. cit., p. 443).

Admittimus in casu nostro, in quo agitur de *abductione*, demonstrare sufficere mulieris repugnantiam, seu eam fuisse invitam quoad abductionem; at *aliud casum* etiam volumus adducere, seu quando vir, dolo aut blanditiis, circumvenit mulierem, in quo necessarium est demonstrare mulieris repugnantiam in matrimonium cum raptore.

Verum est W. affirmasse se fuisse invitam quoad abductionem in "R", et conventum violentiam ei intulisse, at postea dixit: "Io ero in loro compagnia (dei genitori di lui) e mi dissero di non ritornare a casa, perchè mio padre non mi dissuadesse dal matrimonio", insuper testata est de vehementi amore in H. et quidem intuitu matrimonii ac de vetito a parentibus sibi imposto: "...io avevo 17 anni e mi sembrava bello essere ricercata da un giovane elegante e per questo continuai a fare l'amore con lui di nascosto..." "...i miei genitori non volevano (matrimonium cum H.). Egli (id est H.) rispose che non aveva importanza il fatto che essi non lo permettessero, perchè noi saremmo fuggiti ed essi avrebbero dovuto acconsentire"; et adhuc: e H. "io telefonai ai miei genitori, avvisandoli che io mi trovavo in casa di lui e che essi fossero venuti da me"; et: "Io dissi (parentibus) che non era avvenuto niente. Mio padre disse che giacchè era avvenuto questo (il ratto), era meglio che io mi fossi sposata, per evitare di restare diffamata". Ratio autem qua matrimonium festinanter celebratum est, ex ipso actricis ore, est: "Il padre aveva un affare nel nord, di cui egli (il fidanzato) doveva tener conto, desiderando sposarsi prima".

Ex affirmationibus ergo mulieris, quod ipsa invita fuerit in fugam, non colligitur; immo plura enuntiantur elementa et facta ex quibus deducitur eandem vel consensisse in fugam, vel non fuisse in potestate H. vel, si ageretur de dolo et blanditiis a convento, invitam, in matrimonium non extitisse.

3. At audiamus virum conventum et testes: ordinem Summarii sequentes invenimus conventum praeprimis dicentem actricem e domo parentum suorum seu H. exiisse et "andava sola" et "non le proibì di uscire" ratio autem cur cito matrimonium celebratum est in eo fuit "che io sarei stato trasferito a L., e volevo portarla là" deveniens autem ad punctum abductionis, asserit: "Facevamo l'amore di nascosto. I genitori (actricis) non volevano il nostro matrimonio... il giorno precedente al ratto (?) il padre seppe che andavamo facendo l'amore di nascosto, il padre la batté... essa mi narrò il fatto. Nello stesso istante desiderammo, che essa non tornasse più a casa. Per portarla via da casa e per sposare"; de minis et de violentia diserte asserit: "No. No. No., assolutamente no. Fu anche per sua volontà"; quaestioni: "Da lì (seu e "R") dove la portaste?", respondit: "Andammo a pran-

zare e poi andammo subito a casa mia"; et ad alium quaesitum: "Essa venne in casa dei vostri genitori liberamente o costrettavi?", dixit: "Venne liberamente. Perché subito dopo avremmo sistemati gli incartamenti per sposarci"; et denuo: "poteva uscire liberamente", ac rursus: "nessuna minaccia (perché non uscisse), perché mai avevamo pensato a questo". Ipsa actrix cum convento concordat, declarando: "Non pensai a fuggire, ma ritengo che avrei avuto la possibilità di fuga". At de quaestione quoad hanc adfirmationem videbimus suo loco.

Attamen conventi adfirmationes non sunt recipiendae, quatenus H. agredi foeminas et eas rapere consueverat? ut habemus Summario ad pp. 26 et ss., ubi referuntur eiusdem crimina a iudice recognita.

Haec vera sunt, at statim relevandum illa crimina patrata esse annis 1955-1958, dum matrimonium celebratum est anno 1953; at obiectio ista parum valet, e contra id quod interest in eo est quod omnia a convento relata congruunt, miro modo, cum circumstantiis et adiunctis causae necnon cum testium depositionibus. Etenim, actrix tam honesta non est si amoris operam dabat, ut ipsa testatur, occulte et contra vetitum a parentibus cum ipsa tantum decimum septimum aetatis annum attigerat et H. prosequeretur etiam in loca haud honesta; nec illogicum est, quamquam non probatum, suspicari H. (cognoscimus talem virum) verba tantum cum W. fecisse; nec possumus credere, in casu, ad illam praetensam clausuram cum illo affectu "non è successo nulla" ut actrix vult.

4. His positis, quaedam breviter recolere praestat: certum est W. intuitu matrimonii adamasse H.; hunc in ebrietate voluntaria rapuisse W. et suum propositum amicis manifestasse dicitur, at nemo ex testibus hoc cognovit; actricis parentes et relationibus et matrimonio adversabantur: parentes postea imposuerint filiae matrimonium? (at hoc non est probatum cum testes dicant se ignorasse talem interventum)— futuri sponsi, in quodam loco, diversimode a testibus indicatum (possumus admittere "R.") pernoctant; dein illa mulier quae praetendit se raptam fuisse, accedit ad prandium cum raptore, ac postea ambo domum patris conventi adeunt praemisso nuntio seu Victore qui patri H. declarat "L'accaduto", et "che W. desiderava rimanere nella loro casa" et "nel medesimo tempo in cui essi arrivarono là, io chiesi che W. si mettesse in comunicazione per telefonare ai suoi genitori" H. statim voluit concludere matrimonium quia "doveva essere trasferito (o interessarsi si un certo affare al nord)"; et hoc testatur etiam actrix (cfr. supra); in ipsa die qua fugitivi pervenerant ad domum patris H., "vi fu una festa in casa del padre di lui, un anniversario e io li lo (id quod testis deposuit) seppi lo stesso giorno del ratto"; matrimonium rite celebratum est sine ulla nota anormalitatis; post sex menses mulier in nosocomium reparare debuit.

Legenti Summarium ad singula quae adnotavimus, statim apparet circumstantiarum summa et factorum, tam celeriter, continuata ac connexa et immediate subsequens ut omnia ista praepediant et respuant figuram raptus,

quatenus, miro modo, enuntiant et supponunt figuram oppositam seu fugam, praestituto consilio, ad flectendam parentum voluntatem ne matrimonium impedirent.

Haec dicta sint uti praesumptiones facti et proemium probationum defectus: etenim, id quod decisivum est, in casu, est quod deficiunt probationes de violentia ex parte H., seu nullo modo constat mulierem invitam fuisse.

5. Depositiones testium videamus: Clodius testis a convento inductus, an actricis parentes filiam ad matrimonium coegerint ignorat ac prosequitur: "se egli (H.) la sforzò, se fu contro la volontà di lei (cioè l'andata nella casa "R". questo io l'ignoro"; interrogatus de minis forte ab H. actrici in inlatis, ait: "questo io ignoro"; ad quaestionem: "fu fuga o ratto?" (hic testis elevatur ad officium iudicis) respondit: "Credo che fu fuga".

Victor, testis a convento, deposuit: "il matrimonio fu fatto in fretta, ma senza le caratteristiche della violenza" "...W. ritenne più conveniente rimanere lì (id est in H. domo)"; testis ignorat an violentiam conventus adhibuerit; et adhuc: H. decise di fuggire con W."

Igitur testes a convento inducti ignorant vel directe excludunt violentiam, minas, coactiones, idcirco implicite admittunt et in pluribus quaesitis diserte affirmant consensus mulieris in fugam.

At relati testes dici poterunt de conducto cum convento egisse, attentis etiam informationibus. Ideo videamus quid testes ab actrice inducti dicant:

Earle est vir non superstitiosus (!) seu *libero pensatore* et deposuit: "Nell'atto di essere rapita, essa chiese soccorso. Ed io, essendo conoscente di tutte e due le parti, lo consiglia a portarla nella casa di lei"; testi conventus contradicit, qui dixit: "no, ero solo"; adnotandum adhuc quod testes aliqui dicunt raptum evenisse "nella casa di lei"; miramur insuper detractionem adsistentiae pro muliere rapta. Ignorat denique an violentia locum habuerit.

Apollonius, actricis pater, depositionem suam incipit isto eloquenti exordio: "la ragazza desidera vedere se può ottenere la nullità perchè *egli non va...* inoltre essa desidera sposarsi con altra persona". In hoc concordat ipsa actrix: "è interesse mio e di lui, dato che ha una figlia l'annullamento del matrimonio... L'annullamento soddisferebbe un mio desiderio".

Testis verberationes et minas in filiam ignorat, nec notitiam habuit "se usciva (la figlia) sola o accompagnata". Praetermissa ignorantia vel nescientia testis quoad relatas quaestiones, sufficit haec ultima responsio seu "usciva", ad retinendum testem nullam probationem afferre. Etenim, si "usciva" ergo exiit, et si exiit non amplius est in potestate raptoris, excepta comitacione cum mandante raptoris, quod omnino non constat.

Maria, actricis mater, deposuit: "Aveva (H.) minacciato di ucciderla se fosse fuggita da lui", at pater actricis nescit omnia ista; dein prosequitur: "Io credo che non fuggì... egli la invitò e portò con sè... molte poche volte

usciva con lui, o con la suocera, o con la cognata... Il giorno dopo già chiese di tornare. *Noi non volemmo che tornasse dato che era fuggita da casa*".

Relinquamus contradictiones matris circa ea quae pater deposuit; at dixit: "Il giorno dopo chiese di tornare", igitur libera erat revertendi domum. Admittimus ut cesset raptus oporteret ut revera W. rediisset aut realiter posita in loco tuto fuisset, at in casu deficit id quod dicitur "Antecedens" seu raptus, seu quod W. esset in potestate conventi: si, "chiese di tornare" et non rediit tantum ex contraria voluntate parentum, si exiit, ergo libera erat.

Dominicus, testis ab actrice inductus, ad quaesitum VII, p. 23, respondit confuse: "non lo fece con intenzione di matrimonio". Igitur, si est H. qui "fece" absque intentione matrimonii, raptus non est; si autem fuerit actrix quae "fece" ergo fecit, ideo consentiens erat in fugam.

Dein dixit: "Rimase col timore di ritornare a casa dei suoi genitori"; at ipsa mater actricis deposuit quod filia petiit revertendi domum; de cetero timor seu verecundia supponit culpam, igitur fugam, consensum in aliquod vetitum; si W rapta fuisset non timorem seu verecundiam ex culpa persensisset, sed ipsa gloriari poterat apud omnes et, erecto animo, dicere "di non aver fatto niente" ut ipsa praetendit.

Insuper testis dixit: "Rimase liberamente" igitur non vi detinebatur. Hoc insuper probat quod etiam in deductione mulieris in "R" conventus non adhibuit violentiam, quia, si postea H non retinuit vi actricem non erat ratio infligendi vim in abductione in "R" vel saltem conventus non habuit intentionem contrahendi matrimonium, quod sufficit ad excludendum raptum.

Prosequitur testis: "Era libera. Tanto vero che le famiglie si conobbero e trattarono del matrimonio, di comune accordo"; ac rursus: "...dopo il ratto, tutto si svolse in pace, tanto fra i contraenti come fra le loro famiglie".

Ista testis conclusio revera totam recolit causam, seu: vincere oportebat vetitum in matrimonium a parentibus W. positum, remedium fugae excogitatum est; post hoc omnia pacifice evenerunt. Igitur nec a testibus ab ipsa actrice inductis probationes eruuntur, immo ipsi contra actricis intentionem loquuntur.

6. Oblici fortasse potest quod, in casu, considerare praetermissimus praesumptionem magni momenti in favorem actricis. Etenim, cum factum abductionis in "R". certe probatum sit, igitur ex eodem oritur praesumptio violentiae in raptore et repugnantiae in rapta, immo, in casu, maior est praesumptio cum W. decimum septimum annum aetatis tantum attigerat.

Cognoscimus et ultro admittimus talem praesumptionem a iurisprudencia antecodiciali elaboratam; at in casu applicationem non obtinet cum facta, circumstantiae, contradictiones, et, quod decisivum est, defectus probationum illam respueant praesumptionem.

Quod si fingere velimus conventum non proprie violenter, sed dolo, blanditiis, actricem circumvenisse (at in actis ne verbum quidem de ista theori-

ca hypothesi), dicendum foret hoc evenisse absque intuitu matrimonii ex parte H., aut absque repugnantia in matrimonium (non invita) ex parte mulieris: in primo, vel in altero casu, vel in utroque raptus ne concipi quidem potest. *Omissis.*

Romae, in Sede Tribunalis S. R. Rotae, die 31 octobris 1961.

AURELIUS SABATTANI
CAROLUS LEFEBVRE
SALVATOR CANALS, *Ponens*
CAJETANUS PEZZICARA, *Not.*